

#### Universitätsbibliothek Paderborn

In Evangelia: Qvæ Vsitato More in diebus Dominicis & Festis proponuntur, Annotationes Philippi Melanth.

Melanchthon, Philipp Vuitebergæ, 1544

**VD16 E 4532** 

Dominica Qvinta Post Trinitatis, Evangelivm, Lucae V.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35272



bandis erroribus, de quibus teneatur regula. Si quis aliud Euangelium docuerit, anathema sit. Item: Qui consitetur me coram hominibus, consitebor eum coram patre meo & c.

#### DOMINICA QVINTA POST TRINITATIS, EVANGELIVM,

Lucæ V.

Fret ad eum, ut audiret uerbum Dei, & ipse stabat secus stagnum Genesareth. Et uidit duas naues stantes secus stagnum, Piscatores autem descenderant ex illis, ac lauabant retia. Ascendens autem in unam nauim, quæ erat Simonis, rogauit eum, ut a terra reduceret pusillum. Et sedens, docebat, de naui turbas.

Vt cessauit autem loqui, dixit ad Simonem: Duc in altum, & laxate retia uestra in capturam, Et respondens Simon, dixit illi: Præceptor, per tota nochem laborantes, nihil cæpimus, in uer

bo autem

## POST TRINITATIS. 36.

bo autem tuo, laxabo rete. Et cum hoc fecissent, concluserunt piscium multitudinem copiosam, Rumpebatur autem rete eorum. & innuerunt socijs, qui erant in alia naui, ut uenirent & ad iuuarent se. Et uenerunt, & impleuerunt ambas naues, ita ut mergerentur.

Videns autem Simon Petrus, procidit ad genua Iesu, dicens: Exi a me Domine, quia uir peccator sum, pauor enim circundederat eum, & omnes qui cum illo erant, super captura piscium, quam cœperant. Similiter au tem & Iacobum & Ioannem silios Ze bedæi, qui erant socij Simonis. Et ait ad Simonem Iesus: Nosi timere, post-hachomines eris capiens. Et subductis ad terram nauibus, relictis omnibus secutifunt eum.

DVO SVNT PRÆCIPVI Loci.

- 1. Exemplum exercitif fidei in rebus corpo-
- 11. Exemplum exercitij sidei in terroribus spiritualibus. e iiij Prion

. Si

ıfi.

ue

ei,

a-

us

60

1-

at

1-

de

1

ia

1-

2-

er

178

### DOMINICA QVINTA

Rior locus de bonis corporalibus docet de dicto Christi: Primum quærite regnum Dei, & iusticiam eius, & catera adijcientur uobis. Præcipit enim, ut prima nobis cura sit de uerbo Dei, eiusq; ministerio conseruando, ita fuzurum,ut Deus defendat nos, suppeditet nobisea. que ad uictum, & ad hanc uitam necessaria sunt, etiamsi id non fiat sine nostro labore, & sine nostra tribulatione. Hec consolatio necessaria est in Ecclesia, quam uidemus egere & affligi in mundo, Ministri medo non fame percunt,propterca deseritur ministerium, er quisque pro se de uietu parando cogitat. Hic erigendus est ani= mus hac promisione, quòd quærentibus regnum Dei, catera omnia adijcientur. Id si quis uelit extendere, ire potest etiam per alia genera uocas tionum, Quælibet enim uocatio sua habet peri= cula, que premunt, & fatigant homines. 1bi primum quærendum est regnum Dei, id est, curans dum est, ut ex uerbo discamus de bona uoluntate Dei erga nos, ut fide ad eum confugiamus in omni uita, in omnibus periculis, Deinde, ut in sua quisque uocatione, qua quidem habet manda= tum Dei, seruiat Deo, faciat suum officium ad Dei gloriam, & utilitatem Ecclesiæ, & Reipub. reliqua Deo committat, illa enim ultro se Deus adiceturum esse promittit. Quales sunt multa sententiæ

## POST TRINITATIS. 37.

fententiæ scripturæ, ut: Iacta cogitatum tuum ins Dominum, & ipse te enutriet. Item:Reuela Domino uiam tuam, & ipse faciet & . Hæ senten= tiæ utrunque docent, & quod sine side ae inuoca= tione, nostri labores sint insælices. & etiamsi in nostra uocatione multa accidunt aduersa, tamen animos excitandos esse siducia Christi, & sciendum, ipsum nobis adsuturum esse, & daturum, ne

labor noster sit irritus, or sine fructu. Alter locus est de doctrina spirituali, id est, de remisione peccatorum, Nam illud prius corpora= le beneficium, nun e Petro fit Sacramentum. Intel ligit diuinitus sibi contigisse hoc beneficium, & hunc Dominum esse missum à Deo, habentem pos tentiam diumam,iustum,bonum &c. Hac agnitio parit in eo nouos motus, primum traducit eum ad agnitionem sui uidet se esse peccatorem indignum tanto beneficio. Non enim fit deterior aut fecurior, ut alioqui successus reddunt homines insolen tiores, Sed existit in eius animo primum contritio, id est, terror ex comfrectu sue indignitatis, er sen su iudicij Dei seu iræ aduersus peccatum, a quo non poset liberari, nisi reuocaretur uoce Christi. qui iubet eum confidere, id est, statuere, quod recis piatur a Deo, & habeat remissionem peccato= rum. Gaddit taquam signum, quo testetur se uere illum recipere, uocationem ad societatem ministe=

84

cet

um

44

de

Fu=

d,

tt,

110

est

in

0-

[e

11=

m

X=

ds

1=

14.

11

te

m

13

ld

145

B

#### DOMINICA QVINTA

rij Euangelij. Ita Petrus territus magnitudine bes neficij, o iudicans se indignum esse præsentia Do mini, & tam immenso & repentino bono, quod uidebat sibi non ex labore suo, sed Domini beneficio contigisse, exemplo est, quo quisque modo sit affectus, etiam cum experitur Deum non ira: tum, sed misericordem esse. nam mens humana. siue iram Dei metuit, siue misericordiam uidel, tamen quantum in ipsa est, ad utrunque refugit. Heret enim in omnium animis hec cogitatio, quod pænam meriti simus, misericordia ueroina digni simus, Hic necesse est nos, sicut Petrum, reuocari uoce ChristitNe metuas. quasi dicattideo quia tu es peccator, er terreris tua indignitate, uolo te in mea misericordia, er bonitate spem ha bere, & acquiescere. Confide igitur, or non tans tum in hac re meum benefieium senties, sed fa= ciam te piscatorem hominum, hoc est, A postolum, & Doctorem in regnomeo, longe alium, quam battenus fuerunt Doctores in populo Dei.

Allegoria utriusque loci plurimum habet suauitatis, de Ecclesia, Hæc cum quærat regnum Dei, etiamsi eget in mundo, tamen sustentatur in medijs afflictionibus, duratq; perpetuo, cum interim impij cum sua potentia, cum suis opibus pereant. Alter locus ad hanc Allegoriam transferri potest, quod ministerium Euangelij sit pisca

## POST TRINITATIS. 38.

4

bes

Do

uod

ne-

todo

rd=

ands.

det,

git.

10,

ina

um,

dea

ite,

ha an=

fa=

um,

am

bet

um

rin

inbus

115=

Cd.

tio

tio non ociosa, sed magni laboris & multæ molestiæ. Quàm uero frugiserum sit ministerium, &
quàm diu duraturus labor ministerij, non cernitur. Sicut enim pisces in reti sub aqua latent, ita
Ecclesia in hac uita latet obruta afflictionibus,
& infirmitate omnis generis. Ad extremum uero
postquam rete ex aqua extractum suerit, appare
bit fructus uberior omnium opinione, ut ingens
sit omnium sutura admiratio. Proponitur item
consolatio aduersus scandalum, quòd multi desia
ciunt ab Euangelio, & relabuntur ad errores.
Nam & si aliqui, ut pisces rupto reti, excidunt, ta
men in reliquis essicax est ministerium. multi sera
uantur, & manent in societate membrorum Eca
clesia, & confessione pura doctrinæ Euangelij.

# DOMINICA SEXTA POST TRIMITATIS, EVANGELIVM, Matth. V.

Iss abundauerit iusticia uestra plus & Scribarum & Pharisao-rum, non intrabitis in regnum coelo-rum.

Audistis,